Expositio hymnorum

Cologne: Heinrich Quentell, 12 June 1494 Seite 43



res de ligno vetito dyabolo placentes moraliter peccauerūt. ⁊ post peccatum tante trāſgreſſionis de paradyſo terreſtri a domino eiecti ſe nudos eſſe cognouerunt. Uidens ergo deus ꝙ aliter non poſſet redimere genus humanum niſi per feminam. vnde ⁊ in vterum virginis deſcendit humanū corpus aſſumens. ⁊ ita ſumus redempti ⁊ a peccato liberati per feminam

Cui luna ſol et omnia deſeruiunt per tempora perfuſa celi gratia geſtant puelle viſcera.

Beata mater munere. cuius ſupernꝰ artifex mundum pugillo continens ventris ſub archa clauſus eſt

Beata celi nuncio fecunda ſancto ſpiritu deſideratus gentibus. cuius per aluum fuſus eſt

Glorioſa domina excelſa ſuper ſidera. qui te creauit prouide lactaſti ſacro vbere

vnde ⁊ ipi grates reddere tenemur. Dictuȝ eſt etiam ſupra. ꝙ maria ſtella maris eſt mater dei. ⁊ quem celum et terra capere non poterant in gremio ſuo portabat ¶ Conſtrue (clauſtrū) id eſt venter beate virginis (marie baiulat) id ē portat illum deuȝ (regentem) id eſt gubernanteȝ (trinam machinaȝ) mūdi ſcȝ celum terraȝ ⁊ mare. vel trinam machinaȝ anime. ſcȝ ꝯcupiſcibilitatem. rationabilitatem ⁊ ſenſualitatem (quem) deum (terra) id eſt boni homines (pontus) id ē mali homines (ethera) id ē celeſtes creature (colunt) id ē honorāt (adorant) id eſt commendāt (predicant). i. publicant ſiue denunciant ¶ Tunc ibi Cui luna. Dico ꝙ celū. i. celeſtes creature. terra. i. terreni. ⁊ oīa ſiue celeſtia ſiue terreſtria laudant ⁊ adorāt illū quē celū ⁊ terra capere nō poterāt. ⁊ vere qꝛ (viſcera puelle). ſ. virginis marie (pfuſa). i. repleta (gratia celi). i. de rore celeſti (geſtant). i. portāt ſc xpm deum (cui) xpo (luna). i. variatio lune (ſol) in curſu ſuo (⁊ oia) entia (deſeruiunt). i. famulanł (p tpa). i. temporaliter ¶ Tunc ibi Beata mater. Et quia portauit xpm poſſumus dicere ꝙ eſt (btā mater munere). i. dono filij (ſub cuius) matris (archa ventris). i. vteri (ſupnus artifex). i. ſummus creator (ꝯtinens mundum) vniuerſum (pugillo). i. ſub ſua poteſtate (clauſus eſt). i. portatus ¶ Tunc ibi Beata celi Et quia ſupernus artifex clauſus eſt ſub archa ventris virginis marie poſſumus bene dicere. ꝙ virgo maria ſit (beata). i. ſancta (nūcio celi). i. angelica ſalutatōne. ⁊ eſt (fecunda). i. impregnata (ſancto ſpiritu (per cuius) ſc virginis (aluum). i. vterū (fuſus eſt). i. natus eſt ille qui fuit (deſideratus) a cunctis (gentibꝫ) id eſt populis

Glorioſa dña. Materia huius hymni eſt. ꝙ maria pepit ſaluatorē Et quia deus contulit ei tantam gratiam ꝙ ſaluatorē pareret. ⁊c. facit autor apoſtrophā. i. conuerſationem ad deū. ⁊ qꝛ deus cōtulit ei tan

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-794/0043
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG